UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Vbi de pluralitate occisionis multorum

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

Occiſio multorum.

61 Si ſimul, unica verbi gratia
exploſione bombardæ occidis
decem, viginti, plures homines,
ſatis *d* eſt ſi dicas *i* uno ictu occi- d *De Lug.*
di multos. Non ſufficit autem *ib. n.* 141.
dicere uno ictu occidi homi-
nem, ſeu feci homicidium: quia
ſic Confeſſarius intelligeret te
unum tantum occidiſſe, atque
adeo non faterеris tuum pecca-
tum, quo occidiſti plures; at di-
cendo cum illa generalitate. oc-
cidi multos, intelligit, quantum
ſatis eſt peccatum, quod de facto
commiſiſti.

Deſiderium occiſionis multorum, & copulæ cum multis.

62 Qui unico actu deſiderat
occidere decem, viginti, plures,
e quique unico item volun- e *De Lug.*
tatis actu concupiſcit copulam, *ib n.* 135.
cum tribus, *f* cum decem, cum *fine.*
pluribus fœminis ejuſdem ra- f *Idem ib.*
tionis; ſatis propter eamdem ra- *n.*141.*fin.*
tionem eſt, ſi in Confeſsione di-